..a optimi Parentis percussores nefario ausu, Regno paterno
..darunt, patrimonio atque fortunis omnibus exuerunt, penitusque
..ccessionis legitimæ jure excluserunt. Reclamant denique fa-
..Leges Regni, utpote quas pedibus conculcasse Regios per-
..ssores luculenter apparet. Illi namque regalem statum Regis
..de sustulerunt, stirpem regiam â jure ac spe successionis re-
..overunt, optimates / Senatu, cujus digniorem æquè ac potiorè
..artem constituebant, ejecerunt, plebejorum verò ordinem peni-
..tus aboleverunt, ac novum seculisque prioribus inauditum sta-
..um, qui militaris appellari debet, instituerunt. O miserabilem
Legum juriumque omnium tam humanorum, quàm divinorum,
tam naturalis, quàm civilis, tam privatorum quàm publicorum,
..m nefando parricidio junctam, violationem! Quis est, qui
..on diras imprecetur tanti, tam inauditi, tamque inusitati sce-
..leris autoribus, qui non omnium gravissimi parricidii Re-
..gicidas Anglicos reos esse clamitet? Certè quemadmodum
improvisa magis feriunt, ita inopinatos cum res adeoque nova op-
primat, nemo sic ferus ac ferreus reperitur, atque ab omni sensu
humanitatis alienus, vel â Regiæ Majestatis respectu aver-
sus, cujus in pectore luctum privatum, cum publico moerore
conjunctum, non excitet miserabilis tam sacri capitis et mira-
bilis cædes. Plura prætermittenda heic mihi sunt, dum mul-
titudine rerum obruor, atque ad finem festinando brevita-
tem consector. Huic tamen satis fidelem navare operam
in rebus amplissimis ac diffusissimis quis potest? Quare rectam
sequar lineam, atque necessaria magis quàm curiosa subtilita-
te etiam pauca quædam de facinoris fine adjiciam. Quâ si-
ni satiant Regem suum occiderint Angli, non per guttas ductim
stillabo, sed cum impetu quodam effundam. Non verò ita est, ut
nonnulli tradiderant: quod pro Regimine Regio popularem gu-
bernationem, quam Democratiam vocant Politici, constituere
voluerint Regicidæ. Reges ipsi esse volebant: utpote qui nul-
..parere, et omnibus imperare jam ~~dudum~~ pridem didice-
..rant. Pro uno proinde Rege quadraginta Tyrannos
..ebant: cum triginta ibi sufficere credidisset olim Athe-
..niensium civitas, plus satis onerata, si vel unum fuis-
..set perpessa. Hi nimirum duorum cum Rege ipso regnu
..rum extirpare decreverant. Sed tempora modosque
diu